



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

B. Ægidivs C. 23. Aprilis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

P R.  
ixit,  
tium  
jam  
MO  
pus-  
c ta-  
ricu-  
uem  
m in  
  
rilis,  
er ad  
cūm  
itor  
ina-  
ceps  
dem  
Orei  
ens;  
avo-  
ina-  
RVS  
eus,  
cau-  
ultor  
ctu-  
. In  
re  
rem  
n fa-  
vim  
les  
ira-

23. APR. Vitæ Sanctorum. 227

Miraculis morborumque medelâ clausus, quos aliis abstergit, sibi gratulatus est dolores, eos divinæ in se voluntatis argumenta dictans. Venenum impiorum invidiâ mistum Reginæ cælorum benevolentia superavit, quæ piorum mensis securitatem assert, certiore utique quam ii, qui periculosa Principum epulas gustu explorant. Huic Reginæ Cælitibusque tam charum quid mirum est, si Reges nostri orbis suspergerunt, neque passi sunt THEODORVM voto suo potiri, qui cum probra fitire, vel invitus honoribus mactatus est?

*Ex Surio.*

B. ÆGIDIUS C. 23. Aprilis.

ÆGIDIUS tertius Assisiatis Francisci asecla, ingenuo sanctoque mentis candore ad insigne virtutis culmen pervenit. Virum, e S. Dominici familiâ, eximiâ doctrinâ, de perpetuâ Deiparæ virginitate dubium sibiique difficile consentientem, tali prodigio contrâ ancipitem cogitationem confirmavit. Ter scipione terram impulit, dicto singulos ictus prosecutus, hoc ordine: *Maria Virgo ante partum*: *Maria Virgo in partu*: *Maria Virgo post partum*: & mox lilia totidem ad scipionis impulsu Ægidiique vocem solo emerserunt. Tertio ante suum natalem die, Christus ei spectabilis

P 2

ad-

228 *Vita Sanctorum.* 24. A P R.  
adfuit, reditu per consequentes quindecim dies instaurato. Ex quo tempore tam concitatis in cælum desideriis rapiebatur, ut auditu vel à pueris per plateas Paradisi nomine, rerum omnium sensu destitueretur. Septem in eo eminebant virtutes, credendi constantia, pietas erga Deum, reverentia, commiseratio, cura officii, obedientia, grata beneficij memoria. Quinquaginta duobus annis in sacrâ militiâ meruit. Post mortem magnum luentium agmen è lustralibus flammis in cælum evexit. Obiit Perusii anno M. CC. LXXXIII.  
*Ex Surio.*

S. GEORGIVS MART.  
24. Aprilis.

**A**NNO post natum Servatorem XC. Asupra CC. GEORGIVS fortissimus CHRISTI miles, & ob virtutem inter tribunos adlectus, tum Comitis etiam titulo à Diocletiano ornatus, cum hujus nihilominus efferam in Christianos tyannidem propalam damañasset, in vincula & ipse tractus, saxum primò ingens pectori injectum supinus fortius, quam cœlum Hercules tulit; ad machinam deinde munronibus omni ex parte armatam, ut antè ad gladios in acie, risit. Hinc calce tres dies sepultus, cum illustrior surrexisset, ferreos & ab igne candentes cal-